

IV. fol. 55. minio: *In nomine unice trineque deitatis incipit traditio orationis dominice quæ ita inchoatur.* Nempe: *Pater noster qui es in celis et reliqua.* Int. *Quomodo uocatur hæc oratio?* R. *Dominica.* Int. *Quare dominica dicitur?* R. *Quia dominus eam proprio ore composuit.* &c. Terminatur utilis hæc Catechesis, cujus Autor me latet, his verbis: *ut deus solita pietate non permittat nos induci in tentationem. sed potius liberet ab omni malo. qui uiuit et r. in secula.*

V. pag. ult. Frivola quaedam in *ἔρωπον* Tragoediae et Comœdiae, coeua tamen manu exarata, sed manca et partim extrita. Ineunt: *Tragoedi dicuntur a greco quod est dragos i. hircus &c.*

CL. VIII. 9.

578 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 43. 4. bene scriptus, sed finem versus aevo situque valde extritus, continet *Aratoris Liguris*, fortasse *Mediolanensis*,

*Et (ut) sceleris iudea sui polluta cruore
Ausa nefas compleuit opus &c.*

Divisio nobis in Libros nulla, relicta tamen inter Narrationis Particulas spatia recipiendis Argumentis seu Summariis, quae abfunt. De Autore, ejusque Editionibus adi *Caveum* T. I. p. 523. *Ceillerium Hist. gen. des Aut. Eccl.* T. XVI. p. 356. *Fabricium Bibl. med. Lat.* L. I. p. 133. ubi promissam vides Poetae haud infeli-

qui Subdiaconus Ecclesiae Rom. anno 556. obiit, *Historiam Apostolicam* versu heroico redditam. Titulus: *Incipit Liber Aratoris*, literis *o* et *i* in ultima voce ω et υ graecum referentibus. Additur minusculis: *Subdiaconus fuit iste arator et istud opus coram cesare et omni senatu legebatur et honorifice susceptum est ab omnibus specialiter erudito floriano.* Falsum de *Caesare*, pro quo *Vigilius* Papa ponendus, cui oblatum Poema a. 544. lectum est pluries publice Romae in Ecclesia b. *Petri*, ut e Codice *Vatic.* referunt *Bellarminus* et *Labbeus*, habeturque in *Bibl. PP. Lugd.* T. X. p. 125. ante ipsum *Aratoris* Opus, ubi, quemadmodum in *Cod.* nostro, praemittitur geminum Carmen, primum quidem ad *Florianum* Abbatem, quod incipit: *Qui meriti florem &c.* alterum ad *Vigilium* Pont. Max. *Moenibus undisonis &c.* Poema ipsum nobis inscribitur: *De scelere Judeorum quod in dominum perpetraverunt*, et infit:

citer *Claudianum* imitantis novam Editionem. Quodsi quis *Fabricii* fidem liberare vellet, non illi negligendus foret *Codex* noster ob lectionis varietatem, cujus Specimina quaedam e collatione cum Textu *Bibliothecae PP. supracit.* hausta hic adscribere non piget. Ita in Carm. ad Papam *Vigilium* pro: *Vigili sanctissime Papa, No-*
D d 2 ster:

ster: *sanctissime Papa Vigili*. Item: *carmina uera canam pro carmina uera loquar*. Item *Exametris constare sonis pro Hexametris constare modis*. In ipso Opere V. 3. *sine semine membris pro sine Crimine*. V. 23. *Vsque sub extremum pro Usque ad extremum*. V. 35. *Arua deus petiit pro petit &c.*

Quis quid ubi quantum cui quare quomodo quando
Qui pietatis opus diligit ista notet.

Sequitur: *Arator iste cardinalis subdiaconus fuit sancte romane ecclesie tempore uigilii pape. Qui considerans iuuenem et sedulium scripsisse metricae actus euangelicos noluit eos iterum scribere (secus ac Michael a S. Jof. et Bailletus adferuit) sed totum contulit se ad actus apostolorum describendum. Scripsit autem metricae: quod lucas profaice. luculentissimo stilo. et sermone. id est pleno luce et cum magno fauore ter recitauit librum suum coram apostolico et romanis. Fecit autem hanc (sequentem) epistolam ad florianum abatem sapientissimum. ut auctoritate illius roboretur uolumen eius. Fuit autem cardinalis (sensu tempori accommodo) subdiaconus. Et sciendum quia qui cardinalis fuerit subdiaconus ad maiorem minime queat ascendere gradum. Quando autem hunc composuit librum. urbs roma a gothis et a guandalis obsidebatur. Intus quo-*

Qui meriti florem maturis sensibus ortum &c.

ster:

D d 2

CLI. VII. H. 34

Codex membraneus lat. Sec. 712 XII. Folior. 38. 4. fat nitide scriptus, partim etiam liquore purpureo, continet *Aratoris Subdiaconi Historiam Apostolicam* versu heroico redditam, quam jam Cod. praeced. indicavimus. Praesentis porro haec est conditio: Praeit Distichon:

*que in populo de ordinando apostolico non minima erat dissensio. Tandem vero diuina miserante clementia urbe ab hostibus liberata et papa uigilio (537.) ordinato pax ecclesie est reddita. Due itaque prefaciones hae habentur. Secunda autem illa (primae jam superius mentio) que ad papam uigilium scribitur. proprie huic creditur insita libro. cui etiam arator suum obtulit librum. quem et ipse iussit ter recitari in ecclesia beati petri ad uincula. demum traditus est ad legendum. Differt Prooemium istud ab eo, quod aliis Codicibus praefixum e Bellarmino recitat Leyserus in Hist. Poet. med. aevi p. 148. et Mazzuchellius in Scriptt. Ital. Vol. I. P. 2. p. 936. ubi de Aratore copiose traditur. Epistola porro prima nobis ita inferibitur: *Domino sancto et uenerabili christi dei gratia abati floriano arator subdiaconus*. Initium:*

Nil